

65  
DISPUTATIO QUINTA.

Ex libb. V. de Christo.

R. M. ISAACO FRÖREISEN Ar-  
gentoratensi Alsato.

THESIS I.



SECUNDAM CONTRO-  
versiam Generalem de CHRI-  
STO, orditur Bellarminus à  
verbosissima Præfatione,  
quam non tam more Acade-  
mico aut amore veritatis; quàm Pseudo-  
Rhetorico ac malitioso præmittit conatu  
i. ut B. Luther. aliosq; ὀρθοδοξίους sinceros pro-  
pagatores exosos reddat. 2. Doctrinam  
nostram in suspicionem tetra hæreseos in-  
ducat. 3. Quæst. & rei propositæ statum  
involvat ac pervertat.

2. Quam ad rem tribus utitur me- *Præfat.*  
diis I. τῶν ὑβλημάτων & mendaciorum accu-  
mulatione. Quæ sunt. 1. *Michaëlem Ser-*  
*verum in scholis Lutheranorum errorem*  
*suum suxisse fol. 85. S. 5. Ed. Colon.* 2. *Nos fol. 85.*  
*docere in solius Sp. judicio acquiescendum esse*  
*ibid: ex l. 3. de V. D. c. 3. S. 13. 15.* 3. *Nos fer-*  
*ro & igni Tritheistas prosequi S. ult.* 4. *Nul-*  
*los ex Papistis Arianos fieri, sed quotquot A-*  
*riani sunt, ex Lutheranis & Calvinistis pro-*  
*divisse.*

E

divisse.